ciẽt utiliſſime.preterꝗ ꝙ ueſicam exulcerát.Radix quoq; plurimoꝝ prædicatiõe trita & in uino albo
pota calculos quoq; exturbat.lumboꝝ & renũ dolores ſedat.Quidam ad uuluæ doloré radicẽ cũ ui
no dulci propinant.Eadẽ in aceto decocta contra elephantiá proficit.Aſpago trito cũ oleo peruñctũ
pungi ab apibus negant.Siluestré aſpagum aliqui corrudá:aliqui lybicũ uocant:attici horminiũ. hu
ius ad ſupradicta a'a efficatior uis:& candidiori maior.Regium morbũ extenuát.Veneris ca aquá eo
rum decoctá bibi.iubent ad heminá.ad idẽ & ſemen ualet cũ aneto tritum.Ternis utrũq; obolis da-
tur.Et ad ſerpentium ictus ſuccus decoctus.Radix quoq; miſcet radici maratri iter efficaciſſima auxi
lia.Si ſanguis per uriná reddatur.ſemen aſparagi:& apii & cumini ternis obolis in uino cyathis duo
bus quinis diebus Chryſippus dari iubet.Sic & hydropicis contrarium eſſe q̃uis uriná moueat:docet
ité ueneri.Veſicæ quoq; niſi coctũ aqua:Si canibus detur:occidit eos.in uino decoctæ radicis ſuccus
ſi ore contineatur dentibus mederi.

De apio & apiaſtro:& helioſelino:& oreoſelino. cap.xi.

AVio gratia uulgo eſt.Náq; rami largis portionibus per iura innatát:& in cõdimẽtis peculia
ré gratiá habent:præterea oculis illitum cũ melle:ita ut ſubinde foueantur ferũeti ſucco de
cocti aliiſq; mẽbroꝝ.Epiphoris per ſe tritũ aut cũ pane aut polenta ipoſitum mire auxiliat
piſces quoq; ſi ægrotent in piſcinis apio uiridi recreat.Verũ apud eruditos nõ aliud erutũ terra i ma
iore ſententiaꝝ auctoritate eſt.Diſtinguit ſexu.Chryſippus fœminá eſſe dicit criſpiorib⁹ foliis & du
ris craſſo caule:ſapore acri & feruido.Dionyſius maré nigrioré:breuioris radicis:uermiculos gigné-
té.Ambo neutrũ ad cibos admittendũ imo oĩo nefas.ná id defũctoꝝ epulis feralibus dicatũ . ipſius
quoq; uiſus claritati inimicũ.caulæ fœminæ uermiculos gigni ideoq; eos qui ederint ſterileſcere ma
res fœminaſue.in pueridis uero ab eo cibo cõitiales fieri qui ubera hauriunt.innocẽtioré tam̃ eé ma
ré.Eaq; cá eſt ne inter nefaſtos frutices dánetur:mámarum duriciá impoſitis foliis emollit ſuauiores
aquas potui incoctũ præſtat.Succo maxime radicis cũ uino lumborũ dolores mitigat. eodẽ iure in
ſtillato grauitaté auriũ.Semine uriná ciet:menſtrua ac fecũdos partus.& ſi foueat ſemie decocto ſu
gillata reddit colori:cũ oui albo illitũ.Aut ex aqua coctũ potũq; renibus medet in frigida tritũ oris
ulceribus ſemẽ cũ uino uel radix cũ ueteri uino ueſicæ calculos frangit.Semẽ datur ex tribus cya-
this ex uino albo.apiaſtrũ.Higinus quidẽ meliſſophylõ appellat.Sed i cõfeſſa dánatõe eſt uenenatũ
i ſardina.cõtexẽdam.ſunt oĩa ex eodẽ noie.:apud græcos pẽdẽtia oluſatrũ quod hippoſelinũ uocát
aduerſatur ſcorpiõibus.poto ſeminetorminibus interaneis medetur itẽq; difficultatibus urinæ ſemẽ
eius decoctũ ex mulſo potũ.Radix eius i uino decocta calculos pellit & lumboꝝ ac lateris dolores
canis rabioſi morſibus potũ &.illitũ medetur.Succus eius algẽtes calefacit potus . Quartũ genus ex
eodẽ faciũt aliq oreoſeliõ palmũ alto frutice acrecto ſemine cumino ſimile.urinæ & mẽſtruis efficax
Helioſelino uis priuata cõtra araneas.ſed de oreoſelino fœminæ purgantur e uino.

De petroſelino & ocimo. cap.xii.

ALio genere petroſelinon quidá appellant in ſaxis natũ:præcipũ ad uomicas coclearibus bi
nis ſucci additi in cyathũ marrubii ſucci:atq; ita aquæ calidæ tribus cyathis.Addidere qdá
buſelinõ differens breuitata caulis a ſatiuo & radicis colore ruſſo eiuſdẽ effectus.præualet
cõtra ſerpẽtes potũ & litũ.ocimũ quoq; chryſippus grauiter increpuit inutile eſſe dicens ſtomacho
urinæ oculoꝝ quoq; claritati.præterea inſaniá facere & lethargicos & iocieris uitia.ideoq; capras id
aſpernari hoibus quoq; fugiendũ cenſet.adiiciunt quidá tritũ ſi operiatur lapide:ſcorpione gigne-
re cõmanducatũ & in ſole poſitũ uermes afferre.alii uero ſi eo die feriatur quiſpiá a ſcorpione q ede
rit ocimũ ſanari nõ poſſe:Quinimo tradũt aliqui manipulo ocimi cũ cancris.x.marinis uel fluuiati
libus trito cõuenire ad eũ ſcorpiões a proximo oẽs Diodor⁹ in emitericis ẽt pediculos facere ocimi hemitri
cibũ ſeccuta ætas alacriter defẽdit.ná id eſſe capras nec minus q̃ mentá & rutam ſcorpionũ terreſtri- teis
um ictibus marinorũq; uenenis mederi cum uino addito aceto exiguo.Vſu quoq; cõpertum deficiẽ alii empe
tibus ex aceto odoratu ſalutaré eé.ité lethargicis & inflámatis refrigerationi:illitũ capitis doloribus ricis .
cũ roſaceo aut myrteo:aut aceto.ité oculoꝝ epiphoris ipoſitũ ex uino ſtomacho quoq; eé utile iſla
tiones & ructũ ex aceto diſſoluere ſumptũ.aluũ ſiſtere impoſitũ.uriná ciere ſic & morbo regio & hy
hydropicis ꝓdeſſe etiá colericis Diſtillationes eo coli & ſtomachi inhiberi ergo ẽt cælicias philiſtio
dedit:& coctũ dyſentericis.& cõtra pliſtonicũ.aliqui & in tenaſmo:& ſanguinẽ excreátibus in uino
duriciáq; præcordioꝝ.illinitur mámis:Extinguit quoq; lactis ꝓuentum.auribus utiliſſimũ i iſantiũ
præcipue cũ adipe anſerino.ſemen tritum & hauſtum narib⁹ ſternutamenta:& diſtillationes capitis
quoq; illitũ.Vuluas purgat in cibo ex aceto.Verrucas mixto ceramento ſutorio tollit.ueneré ſtimu
lat:ldeoq; & equis aſininiſq; admiſſure tempore ingeritur.

De ſiluestri ocimo:& eruca:& naſturtio:& ruta. cap.xiii.

SIlueſtri ocimo uis efficatior ad eadem oia.peculiaris ad uitia quæ uomitiõib⁹ cerebris cõ

SLUB Wir führen Wissen. http://digital.slub-dresden.de/id469601345/313 UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK FREIBERG